



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 5. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

nascuntibus, sicut etiam Hebraeorum *שִׁיחַ* *suach*, in Syro est *שִׁיחַ* *Schenach*. R. Nathan format a *שִׁיחַ*, quod eodem recurrit nec exortum modo, sed *שִׁיחַ*, Syrus eodem momento, seu eadem hora. Deinde radicem non habet, ut haurire succum, & alimenta possit. Tertio inde consequitur esse temporalem *שִׁיחַ* *suach*, nam deficit, & arescit. Si autem incidat tribulatio offendit, nec cursum persequitur.

Causae seminis in petra arefacti & hominis similes sunt.

§. 2. Causa seminum in petra germinantium, & auditorum, non dissimiles sunt. Cum enim semen iacitur in petram, quam non profunda, sed rara terra contegit, celeriter magno calore, & humore medio-cri subito germinat, sed cum deorsum radicem agere non possit obstante petra necessatio illa refectitur, sole autem vrente, terraeque & petra calfacta aestuat, *שִׁיחַ* *suach*, Beza vertere maluit, ardore tacta sunt, minime proprie; ardore enim solis germina tanguntur omnia; nec tamen *שִׁיחַ* *suach* dicuntur: hoc enim de illis duntaxat dicitur, qui ardore concepto deficiunt.

Beza vero negat aestuare ad germina pertinere. Sudantium esse. [Quod aestus proprie de alio caloris genere, humore videlicet eoque suffocante, aut praefocante dicatur, hoc est de eo qui vdo celo sudorem nimium exprimendo nostra corpora penitus resolvit.]

Non ita est; aestus est *שִׁיחַ* *suach*, ardor etiam ficus, qualis est caniculae, & solis.

Fornacibus etiam aestus tribuitur, aeri, terrae, diei. Cicero 2. Tuscul. Uleris aestum dixit. Vis igitur caloris est aestus, siue *שִׁיחַ* *suach* ahenis, siue de fornacibus *שִׁיחַ* *suach* incendia voluit. Pari modo dicitur *שִׁיחַ* *suach*, & *שִׁיחַ* *suach* ardor. Quin leges quae solis ardore mature-
scit *שִׁיחַ* *suach* vocari solet.

§. 3. Cetera in promptu sunt: Petra est cor durum, terra Petrae superinsecta, dona naturae, docilitas, ingenuitas, vocatio, gratia praecedens, gratia cooperans, ut semen recipiatur, & aliquandiu foueatur, radix bona voluntas, caritas, aestus, persecutio, desertio Evangelij, arefactio, & mors animae.

QUESTIO II.

Quid sit fides *שִׁיחַ* *suach*?

§. 1. **M**arthaeus ait *שִׁיחַ* *suach* esse, temporarios esse. Quod Lucas explicat: *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt*. Calviniani negant fidem temporariam esse veram fidem: sed hoc ex loco reselluntur. Quemadmodum enim seminis vera est, propriaque & eiusdem speciei vita ac germinatio, cum ea, quae est seminum, quae in bonam terram ceciderunt, ita quoque fides illa temporaria, quamvis ad maturitatem proemij non perueniat, vera tamen fides est.

Eiusdem speciei semen est, quod maturefcit, & quod ante maturitatem arefcit.

Hoc ut dicamus & natura parabolae, & argumentum Christi requirit. Parabola ipsa eandem terram, duritiam, profunditatem densitatem, mollitudinem duntaxat differentem proponit, eandem etiam seminis naturam, idem Dei verbum agnoscit, & repraesentat. Eandem etiam germinationem seminis. Non enim alia est species, aut natura sati tritici, quod germinat, si in herba meratur; alia illius quod ad messem flauescit. Omnis tritici toto campo herbescens viror & herba vnius est generis. Itaque eorum etiam qui credunt, vna est fides. Nec distinctionem fidei facit inconstantia, vel perseverantia credendi: Sicut neque germinis, quod aliud ardore vel eluione perit, aliud ad maturitatem peruenit. Qui igitur diuersas fides imaginantur, pulcherrimam parabolam suam hallucinatio-

ne evertunt. Deinde argumentum Christi spectemus. Tamen illi qui ad viam, & supra petram, quae alteri, qui in terram bonam seminatus est, semen iniicitur, hoc est, Verbum Dei. Ille qui ad viam est, non attendit, ille qui supra petram, credit; ille qui in terram bonam, perseveranter credit. Sed idem tamen uterque credunt.

Semen sit exempli causa. Ego sum Christus filius Dei vivi. Hoc uterque credit, uterque eadem fide, & eodem ex gratia Dei. Nam semen eodem modo se explicat, in radicem fructicat, &

Exerit & tenera molle cacumen humo.

Viva igitur fides est utriusque; si enim in alio mortua est, cur semini fructicanti comparatur? Si vera non est, cur dicitur credere? Si crederet in culum, vivit.

§. 2. Occurrunt tamen male causae patroni, & fidem vnicam discernunt. Terrae bonae alumnus, inquit, credit Christum filium Dei vivi: At Petrus incola, hoc solum credit, hoc est assentitur; superatur autem ab alio: Ille enim etiam fiduciam habet certissimam, se praedestinatum esse: nullum sibi scelus imputatum iri. Hoc quidem est ultimum haereseos propugnaculum, sed, quod parabola proposita concidit. Si enim is qui in terram bonam satus est, credit, aeterno Deo se deo praedestinatum: è verbo Dei hoc habet; hoc ergo semen in animum eius incidit, ac germinat: donec confideret dicat: *Credo me praedestinatum*. Ille vero qui nui gleba haerens in petra arefcit. Vel hoc semen accipit, vel non accipit. Eligant utrum maluit, ut suo iudicio convincantur. Si in petricola hoc semen non cecidit, nec in viam, nec ergo à malo de corde eblatum est, in quo non fuit nec in petra solis exortu: si stuit, aut aruit, nec *שִׁיחַ* *suach* temporarius fuit, sed nunquam: quomodo ergo cum gaudio acceptum ille semen à seminatore non sparsum. Fieri autem non potest, ut tam grande secretum quisquam credat, nisi Deus illi reuelarit. Quod si denique non est illi commissum, non potuit credere, & in tempore tentationis recedere.

Verum alteram partem eligant, aut, ut solent, fortiantur quid respondeant. Seminata sit in petricola illa, quam illi summam veritatem, ego dementiam iudico. Fingamus Deum seminando dicere: *Tibi orandum est, ut à me esse praedestinatum*.

Hoc ille si credit, iam secundum illos, non modo veram, sed indelebilem fidem habet. Tam enim Calvinus & Beza, quam Pareus docent: *Assensus est, & fidem salvificam esse, & delebilem esse, non ergo temporalis est, nec ad tempus credit, sed nulla unquam tentatione recedit*. At credidisse eum Evangelista commemorat, & parabola hoc exigit.

Miris igitur modis parabolam intricant. Siue dicant illis qui in petra sunt sati, reuelatam praedestinationem, siue negent.

§. 3. Quin insuper etiam hoc demonstro: Totam Calvinianae fiduciationis *שִׁיחַ* *suach* Christi parabolam destrui. Eorum enim opinio capite verbi divini, quod seminatur, est. *Credo te praedestinatum*. Si ea fide neminem aiunt saluari. At verbum illud, nec ad viam, nec in petricola, nec in fenticeta profeminari potest, multo minus germinare, & credi. Quid enim? Nonne illi docent ex his quatuor hominum generibus tria prima esse reprobos, postremum electos. Nec illi credere tenentur, quod nec dici potuit, nec futurum erat.

§. 4. Hinc apparet, quam è diametro verbis Christi Piscator contradicat, cum negat prima tria hominum genera fidem habuisse, de secundo enim

& tertio manifestum est credidisse, Persecutione enim adueniente, & *in tribulatione*, recedunt, ut iam ante exposui. Qui vero recedit, adfuit, qui arescit, floruit, non est flos caducus, nisi qui de calyce folia explicuit. De fide illa Christus loquitur à qua recedunt alij, in qua alij perseverant: At fides illa à qua defecerunt, qui tormentis persecutorum succubuerunt, non erat, qua se electos crederent, sed qua in Christum credebant. De Christo abnegando, dijs adorandis, non de fiduciati agebatur. Scandalizantur infirmi, inopinato impingentes resiliunt, curabantur igitur, nec in carceribus, sed ante in medio cursu, quam metam contingerent, ceciderunt. Si perseverassent, in ea qua currebant via, ad propositum ab agnotheta brauium peruenissent. Quemadmodum semen quod in petrosa cecidit, nisi aestu exsultum esset, & quod in fentico nascabatur, nisi à lappis tribulique oppressum, ad maturitatem perveniret, & in horrea dominica inferri potuissent, eisdem cum felicibus granis natura ac speciei. Fides igitur, quae in petricosis & fenticetis cepit, sine mutatione sui in vitam aeternam credentes adduxisset.

§. 5. Pareus lib. 3. de iusticia cap. 4. Ex eo quod ait Christus non habere radicem, sed esse temporalem, concludere conatur, & ostendere apostatas veram vivam fidem nunquam habuisse, ac proinde fidem esse donum proprium electorum. Quia quidem te non modo Christo, & orthodoxis, sed suis etiam repugnat. Nam P. Martyr teste Pareo, ait per gratia peccata fidem veram ita amitti, aut ita sopiri, ut actum suum non habeat. Vtrunque igitur vel concedit, vel utroque dubitat. Pareus Kemnium defendere non audent, sed eum partim coherencia scribere eximit, ideo de eo se laborare negat. Quid est ergo radicem non habere? Pareo est; non habere fiduciam electionis suae. Nec tamen de omni modo fiduciam, sed de solo habitu intelligit. [De possibili- tate, inquit, loquendo quantum ad libertatem, mutabilitatem, fluxitatem, imbecillitatem humanam voluntatis, ad Satanam quoque astutiam, potentiam, mundi infidias, exempla, scandala, &c. Dicimus fides nimis posse, quin & sibi relictos, nisi diuinitus sustineantur, nihil posse, nisi fidem & iustitiam amittant, neque ad momentum aduersus Satanam, mundi, carnalis infidias subsistere. Quantum vero ad Dei propositum, secundum quod eos vocavit; fide donavit, iustificavit, Dicimus tam esse impossibile, vere fides fidem & iustitiam eius penitus amittere, quam est impossibile, Dei propositum excidere. Addo penitus, quia sancti aliquando sibi relictis, Deo manum subtrahente, ad eos explorandos vel humiliandos, fidem & dilectionem lapsibus suis, quantum ad actus, nimis pro dolor, amittunt: quantum tamen ad habitum, nunquam penitus excutunt, ita ut infideles & hostes Dei fiant, ut exempla Aaronis, Davidis, Saronis, Petri, &c. ostendunt. Haec nostra est secunda sententia.]

Verum ista parabola repugnat. Radicem enim non habet profundam; quia non habent nisi *radicem* profundam, nisi radicem aliquam habent, nihil enim sursum germinat, nisi simul & radicem figat, imo prior est radix, & causa surgentis, herbae: semper ergo cum germen videmus, etiam radicem subesse intelligimus, id quod clarius est in eo semine, quod inter spinas cecidit, quod exortum longius suffocatur completum, vmbraque spinarum, & sine dubio radices habet. Hic igitur radix non est omnino nulla, sed non sufficiens, quae humorem trahat, & coquat, quoniam & illa deest, quocirca primo solis ortu exarescit herba.

Adam. Canzen. in Evang. Tom. I.

ba. Si igitur radix est, fidei habitus, aliquem quamvis exiguum adesse necesse est. At omnis habitus illorum opinio sufficit: Ideo perdi omnino non potest. Salvi igitur sunt etiam qui in petricosa seminati sunt. Verum de habitu absurda est sententia, nec parabola conueniens. Christi verba sunt: *Radicem non habent, à spiritu suffocantur*, hoc est, curi saeculi, ad tempus credunt, tempore tentationis recedunt. Hoc est Pareo interprete: Actum fidei habent, eum amittunt, habitum non acceperunt. At vero hi id acceperunt, quod retinendo salvi esse potuerunt. Veram ergo fidem, & qua salutem consequerentur, acceperunt. Deinde de habitu recentior est insania quorundam sophistarum inter eos, primipili vix mentionem inducant, & plerique docent: *Non per habitum sed actum, seu per credere, nos iustificari*. Ita Bertius in Epistola disputatione contra Lubbertum, qui pag. 81. ait, *pudere se istarum ineptiarum, maiores suos docuisse actum correlacium esse, qui respicit obiectum, non ipsum obiectum*. Itaque actui tribuerunt iustificationem, ut facit Zanch. [Non ignoro, ait, Mosen & Paulum de fide Abraham, quod haec fuerit illi imputata ad iustitiam, locutos fuisse, cum aperte Apostolus ab Abraham exemplo generalem doctrinam colligens, subdat haec verba: *Ei vero, qui non operatur, sed credit, in eum qui iustificat impium, imputatur Fides eius ad iustitiam*, hoc est, ideo apud Deum pro iusto habetur, quia credit in eum, qui iustificat impium. Quo loco luculentissime à vera nostri iustificatione excluduntur opera nostra, & soli fidei, tam quoad finem, quam quoad initium, illa tota penitus ascribitur.]

Ipsae Bertius hoc agit ut ostendat opere nos iustificari. Et Lubbertus negat, *opere & qualitate fidei nos iustos reddi*, nisi tantum relatione.

Denique repugnat habitus ille certitudini fidei. Nam si actum credendi amittunt, ut credant se non electos, aut Christum non esse Salvatorem, non possunt non esse infideles. Cum Pareus toties dicat, *dubitationem esse barathrum inferni*.

Quo ex opinionum confusione hoc argumentum oritur. Fidei actus, sed fides quoad actum per gravia peccata saepe amittitur, atque contrarius fiducia actus exoritur, aut minimum dubitatio de salute. At qui non credit se electum, aut dubitat, iam est in barathro inferni. Pareus in Roman. ergo qui actum fidei amittit, iam est infidelis. Propositio est ex verbis Parei. Assumptio est ex eiusdem doctrina in comm. Epist. ad Roman. 691. b. 1009. b. 1012. D. 1014. D. ubi vocat desperationis officinam, & barathrum inferni. & 785. Argumentum Antichristi. 744. Vestibulum inferni. Non ergo iusti sunt, qui tanta in peste haerent, quamvis sopitum habitum animo latentem teneant.

Ad Dei propositum quod attinet, non dicimus neque nos, neque Lutherani, sic Electos perire posse, si Dei electionem spectes: à iustitia tamen & fide penitus, etiam quoad habitum aliquando excidere constat, ante mortem tamen Deo miserante redire.

Ideoque incertos esse suae salutis, quamdiu hanc labendo & resurgendo degunt vitam. Monuit illos ex eorum castris Arminius ad 31. articulos. 1. & 2. magnum esse discrimen inter haec duo enunciata. Fideles possunt à fide deficere, & fideles possunt à salute deficere. Hoc postremum negat rigide examinatum admitti posse.

Impossibile enim esse fideles, dum fideles manent deficere à salute posse. Vinceretur enim Dei potentia. Verum eodem modo de defectu à fide dicendum.

Z 2 Natur

Habitus fidei Pareo iustificat.

Actum ad iustificationem.

Habitus fidei iustitiae incerta.

Dubitans de predestinatione Pareo est Antichristianus.

Evangelium

Nam fidelis manens fidelis à fide deficere non potest, & fidelis manens fidelis viua fide à salute non decedit, nec decidere potest. In sensu composito, vt loqui solent Theologi. Sic Augustinus, Prosper, & ex eis Scholastici. Deficere autem docet. August. de corrept. & gratia. cap. 8. Prosper ad capitula Gall. responsi. 7. Ita etiam Caluiniani molliores in Belgio. Confessio Augustana damnat Anabaptistas docentes: Eos qui semel iustificati sunt, non posse amittere Spiritum sanctum. Et Zwinglianus Bullingerus in hunc locum.

[Vult autem vt scintillam hanc celestis luminis, & semen diuinum nostris iniectum pectoribus excitemus & colamus exerceat: quod qui faciunt, augmentum recipiunt donorum: qui negligunt, quod semel acceperunt, etiam amittunt. Hoc ipsum tradidit Dominus suis per parabolam Talentorum apud Matth. in 25.]

VERSUS 7.8.

Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea: Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur.

QUESTIO I.

Qui in spinis seminatus est?

S. 1. *M*aior inter spineta spes fuit messis, radicem enim habuerunt, in culmos excreuerunt, cū spinis certarunt, sed victæ & oppressæ segetes succubuerunt. Terra itaque ferax fuit, sed parum culta, & subacta. Culmum cum spinis exurgere, & fructum ferre videri, ait etiam hoc loco Bullingerus, sed fructum non ferre ad iustam enim frugem non perueniunt. Spinæ vocat curas seculi, hoc est quicquid à virtute homines auocat. Vt sunt sollicitudo familiæ, honoris, maxime vero fallacia diuitiarum, seu fallaces diuitiæ, quæ nunquam firmiter tenentur, sed quasi sint æternæ animum insident, amantur. Itaque.

Plures nimia congesta pecunia curâ strangulat.

Gravis censura Domini, qui diuitijs spinas comparat, in quibus plerique mortalium acquiescunt. Quis diuitias pungere spinarum instar crederet, nisi Veritas diceret?

S. 2. Hoc loco omnia de fide dici possunt, quæ versibus superioribus exposui. Nam hic semen penetrat, & crescit, sed tandem suffocatur. Nec videtur à se discedens id negare Caluinus comm. in hunc locum. [Danda igitur, inquit, singulis opera est, vt spinas è cordibus suis euellant, nisi verbum Dei suffocari velint: quando nemo est qui non ingenti spinarum copia & quasi densa sylua refertus sit. Et certe videmus quam pauci ad maturitatem perueniant; quia vix decimus quisque non dico ad extirpandas, sed ne ad rescandas quidem spinas intentus est. Atqui ipsa multiplex copia quæ torporem excutere debebat, plerisque fatiscendi causa est. Imposturam diuitiarum Christus pro auaritia posuit. Sed consulo diuitias vocauit fallaces vel deceptrices, quo magis ab earum laqueis sibi cauere discant homines. Cæterum quot sunt carnis nostræ affectus, quorum innumera est copia & varietas, meminerimus totidem esse noxas ad corrumpendum vitæ semen.]

Iubet ille spinas euellere, ne fidem obruant, si fructus mortua est, aut sanè sibi videntur habere, non tamen habent, non potest opprimi. Si veram fidem habent, illa indelebilis est, ita vt non modo spinis & vitæ laqueis non obruantur, sed neque si arbores simul enascantur, aut incident, pari detrimentum possit.

Non igitur nisi grauissime detorquendo hunc locum respondere possunt. Si enim fides horum vera non est, si mortua, non igitur & infructuosam spinam faciunt, sed propria natura. Et si omnes spinas cum fibris industriæ agricolæ tollerentur, non ideo mortua fides fructum edet; nam fructificare vitæ opus est, non mortis. Quam vero improbe scripturam tractent, qui fidem eorum qui credunt, & deficiunt, nunquam fuisse veram pronunciant, voce Christi disertissima explicatur. Luc. 8. 7. Et simul exorte spinæ suffocauerunt illud, ἀπεπνίξαν αὐτὸν, & v. 17. ὁποῦ μὲν ἔσται ὁ σπόρος, καὶ ἡ δόξα τοῦ βασιλέως σου κενώσεται, καὶ ἡ πόσις σου, ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, & diuitijs, & voluptatibus vitæ suffocantur, & non ferunt fructum in finem, seu perfectum. Hoc fieri qui potest, vt mala ista, & illecebre suffocent fidem iam ante demortuam, & non eam, quæ floret, & viuunt.

VERSUS 9.10.

Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Qui vero in terrā bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum.

QUESTIO I.

Qui in terram bonam sati?

S. 1. *B*onæ terræ felix proventus describitur, Vt Terentius amon prouentus, alia enim grana centumplum, alia minus proferunt. In Græco est ἐκατὸν ἰσθρῶντα, τριχῶντα, noster veritatis visitatore modo, ἐκατὸν τοσόν, centesimum &c. Sic quoque Syrum interpretantur, sed ille habet ἑκατὸν &c. Esse terras adeo fertiles ex historijs notius est, quam vt probare sit necesse. Vide Plin. lib. 5. cap. 4. de agro Babylonio. Bonam terram intelligo non modo, quæ natura mollis est, sed quæ cultu subacta est, à stirpibus, fructibusque noxijs purgata.

S. 2. Daniel Tossanus Maldonatum nostrum reprehendit. [Sed hic bis, inquit, errat Maldonatus, dum contra nostros asserit, nostram naturam aliquid boni habere, & comparari bonæ terræ: & ea loca quæ profert ex Augustino, nempe ex lib. 2. de serm. Domini, contra ipsum faciunt. Ibi enim disertè ostendit Augustinus, nos naturā esse malam arborem &c. malas arbores, sed ex gratia fieri bonam terram: iuxta illud Ioh. 15. sine me nihil potestis, &c. & Gal. 5. bonæ opera fructus spiritus S. vocantur, nobis scilicet gratia donati. Et i. ad Cor. 3. nihil prodesse culturam, nisi Deus benedictionem largiatur. Alter error est, quod contra omnium veterum, Hieronymi interpretum, & Augustini, imo & Scholasticorum interpretationem, & huius textus veritatem fructus, quos alij centenos, alij sexagenos proferunt, de vitæ æternæ,